

✓⁴. Codex chartaceus (f. a. cap. membr.) saec. XV. folior. 248 et fragm. 249. f. 54^a, 56^b, 57, 59^a, 60^a, 62^a, 63^a scripta manu II, puerili puto, f. 162^b — f. 181^a manu III., f. 181^b — f. 245^a manu IV., f. 246^a — f. 248^a (249) manu V., folia residua manu I. exarata.

Litterarum ductus sunt variis locis gravissimi.

Ligatura antiqua ex corio rubro tabulis ligneis intento. In tegum. ant. legitur:

'Ego F. accepi librum hunc a Ado. Ino. P. Chrysantho Trojs capellano ad ripam prope Linz 1796. Die 6.^{to} Martii ad perp. memor.'

Et subter: 'Pro Biblioth. alumn. Lincens. 1796.' (alia manu.) In tegum. post. habes inscrip-
tionem manu saec. XV.: 'Domine ^{meus} Lominus quam admirabile est nomen tuum.' et manu coeva
registrum latino-germ. librorum 23 var. bibl. fragmentarium. Tegum. sunt laesa.

Cat. Num. II. C. 6. 3. 1655. Codex continet maxima ex parte sermones.

Fol. a. cap. (manu saec. XV.) fragmentum continet eleganter scriptum carminis cuiusdam de
historia veteris (et novi) testamenti. Tibuli litt. sunt parum clarae. Restant 85 versus hexam.
eteris columnis scripti, sed nonnullis locis versuum initia per aetatem sunt diluta.

De auctore cf. Du Mouster: Neustria pia p. 23, 24, 72, 73, 346 et 347 (Migne c. p. l. tom. CI. col.

1189 55) cf. Thiers Gelehrtenlexicon, Leipzig 1751. 4. theil. p. 1100 (Theodoricus monachus s. Studöni)

et Luiti acta Sanctorum, opera eiusdem Theodorici. Sequuntur sermones; f. 1^a — 3^a:

1) I. 'Dominica prima in adventu domini' Inc.: 'Ecce rex tuus venit tibi mansuetus In verbis tuis consolatur pro-
pheta sanctos patres qui diversis tribulationibus afflicti fuerant ante adventum Christi' etc.

Expl.: 'Et sic sanguine suo adamantes fregit et delerit peccatum hoc potes dicere de crinica.'

II. f. 3^a — f. 5^a 'Dominica secunda' Inc.: 'Eunt signa in sole et luna et stellis etc. Sanctus Lucas
nobis scripbit hodie mira et terribilia omnibus bonis et sanctis.' etc.

Expl.: 'Exemplum de latrone qui crucifixus est cum domino qui cum nollet intromitti in para-
dysum ostenso signo crucis intravit Et sic patet to^m'